

qd' dicitur **D**e actu iudiciorum subordina. i. dicitur
concordia. **I**tem dicitur xpi est **D**e pane et fimo
fimo. **M**erito participatio corporis domini est.
qui unus panis et unum corpus multi sumus
omnes qui de uno pane et de uno calice partici-
pamus. **I**tem dicitur **I**tem dicitur **I**tem dicitur
ad unum hanc participatio. **I**tem dicitur
dicitur. **Q**uod dicitur **I**tem dicitur **I**tem dicitur
dicitur sic aliquis. **E**t dicitur **I**tem dicitur
demonis. **I**tem dicitur **I**tem dicitur **I**tem dicitur
vobis dicitur **I**tem dicitur **I**tem dicitur
domini. **I**tem dicitur **I**tem dicitur **I**tem dicitur
testis meus. **I**tem dicitur **I**tem dicitur **I**tem dicitur
demoniorum. **I**tem dicitur **I**tem dicitur **I**tem dicitur
factionis. **I**tem dicitur **I**tem dicitur **I**tem dicitur
omnia dicitur. **I**tem dicitur **I**tem dicitur **I**tem dicitur
sunt. **I**tem dicitur **I**tem dicitur **I**tem dicitur
Item dicitur **I**tem dicitur **I**tem dicitur **I**tem dicitur
hul. **I**tem dicitur **I**tem dicitur **I**tem dicitur **I**tem dicitur
team et plenitudo eius. **I**tem dicitur **I**tem dicitur **I**tem dicitur
infidelium. ad omnia et vultus. **I**tem dicitur **I**tem dicitur

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Xd. 28,

Institutionum Anatomicarum
DISPUTATIO IX.

De

PARTIBUS MEDII

Ventris continentibus.

Quam

D. O. M. A.

SVB PRÆSIDIO

TOBIÆ KNOBLOCHII,


Marcobrettani Fr., Med. & Phil.D.

*In celeberrima Witbergenſium Academia
defendendam ſuſcipiet*

Tobias Bohemus

Hippolytanus Auſtr.

Ad diem 18. Septemb. horis & loco notis.



VVITEBERGAE,
Typis Cratonianis per Iohan. Gorman.

Anno c1o 1o CVII.

PARS TERCIUS MEDICINA

Veneris conuenticibus

etiam leguntur in

D. de M. A. & C. de M.

etiam leguntur in

TOBIAS KNOXOCHT

etiam leguntur in

etiam leguntur in

etiam leguntur in

etiam leguntur in

TOBIAS FORCIBUS

etiam leguntur in

etiam leguntur in

etiam leguntur in

etiam leguntur in

etiam leguntur in

etiam leguntur in

etiam leguntur in

etiam leguntur in

etiam leguntur in

etiam leguntur in

etiam leguntur in

etiam leguntur in


etiam leguntur in

etiam leguntur in

etiam leguntur in

etiam leguntur in

etiam leguntur in



DISPUTATIO IX.

De Medio Ventre.

MActenus de infimo ventre egi-
mus; sequitur medius, & est ea
pars, quæ claviculis & costis undi-
que circumscribitur; & diaphra-
gmate ab infimo ventre separatur,
ut vitalium partium sit domicili-
um, officina caloris & spiritus vitalis, atq; ita fons
vitæ & sedes affectuum, templum spiritus sancti,
qui habitat in cordibus piorum, & accendit in ijs
motus & affectus cum lege Dei congruentes.

1. *Hæ regio sive cavitas ἡμετέριον ἔστιν ἡ καρδιά, id est, salio
dicitur, quod in hac cor perpetuo moveatur; vel πνεῦμα τοῦ θεοῦ ὡς εἶν
quod mentem, divinam animæ partem secundum Stoicos contine-
at, qui τὸ ὑπερνοεῖν in corde collocarunt.*

2. *Hipp. & Arist. thoracis nomine totius corporis trun-
cum intellexerunt: nos verò tantum id quod à tergo vertebris à
fronte pectori, utroq; verò latere costis, superiore parte claviculis,
ima diaphragmate terminatur, intelligimus.*

3. *Substantia huius neq; tota ossea ut calvaria, aliàs non
moveretur, Gal. 7. us. part. 21. neq; carnea tota ut infimus ven-
ter, ne omnia concidant & misceantur.*

A 2

4. Quare

4. Quare ut simul spatium intus esset, inquit Bauh. & simul totum instrumentum moveretur, musculi ossibus alternatim fuere interpositi, quod & ad cordis & pulmonum securitatem plurimum facit, quare thorax, inquit Gal. de causis respirationis, musculus movetur & ossibus dearticulatur.

Partes thoracis sunt duplices continentis & contenta. Continentes propriae & communes, communium sunt, cuticula, cutis, adeps, panniculus nervosus, & membrana communis musculorum. Propriarum alia molles, & carnea, alia ossea & cartilaginea, alia membranosa. 1. Carnea sunt musculi & mamma; ossea est & anterior pars thoracis, alijs εἰς πρὸν δια τὸ στήθεον quasi solidum dicas latinis sternum quod in medio costarum sternatur in quod postea copulantur, quibusdam pectus dicitur. 2. Costa 3. scapula de quibus infra. 4. Membranosa ut pleura mediastinum. Contenta partes sunt pulmones, cor, vena cava, ascendens, arteria magna vena arteriosa, arteria venosa, aspera arteria, Oesophagus & nervus sexta coniugationis. De continentibus nonnullis nunc, de reliquis & contentis suo agemus loco. De communibus vero partibus continentibus hic nihil tractabimus, quia de his partim etiam supra actum, partim certo loco agemus. Propriae itaque sequuntur & quidem primo mamma.

CAP. I. De Mammis.

1. Virorum mamma à foeminarum mammis multum differunt, nam in maribus imperfecta sunt, ex cute sc. tantum adipe & papillis conflata ad robur contentarum partium ad ornatum & titillationem, ne gloriaretur mulier se mammam habere, quas natura viris non concessisset, ut scribit Laurent. l. 9. c. 2. Et licet in virorum mammis interdum humor aliquis lacti similis generetur; tamen ad alendum planè ineptus est, ratio quia glandulis, quibus

quibus vis inest γαλακτοπιητικὴ lactis generandi caret. Hinc in viris ad decus data sunt, ne pectus informe videatur.

2. Mammæ fœminarum quod attinet, hæc habent carnem porosam glandulosam, spongiosam ad lactis generationem idoneam.

Græcis μάστοι καὶ μάδοι dicuntur ἀπὸ τῆς μάστος, aut à μάστω quod est quero, quia infantes in illis querant lac. τιτταὶ etiam τιττοὶ τιτταὶ vocantur; hinc & τιτταὶ nutrices dictæ, quæ mammam infantibus præbent sugendam. Latini mammæ & mammillas vocant.

3. Fœminarum mamma præter adipem habent glandosa corpora & vasorum myriadibus intertexta, hæc in virginibus parva & dura, semiglobuli figuram referentes, in gravidis & lactantibus magis tument, in senibus flaccescunt.

4. Papillas etiam habent, quarum substantia similis est substantiæ penis quæ intus fungosa substantia est oppleta, ut laxare & intumescere, ac rursus concidere possit, in virginibus leviter papillæ prominent, & fragæ instar rubent & quò duriores eò meliores, sunt q̄ signum maximum castitatis, in lactantibus magis prominent & livent, in vetulis oblongæ sunt, & nigricant.

5. Circumjicitur etiam circulus (qui Hippo. Arcola dicitur) papillis, in virginibus pallens, ipsa verò papilla rubet, (ut dictum in lactantibus fufius) in vetulis niger est. Circulus hic in varijs affectibus mulierum non negligendus, nam Hipp. ex papillarum colore uteri affectus cognosci posse censuit.

Venas mamillarum quod attinet, habent triplicem ortum. Vel enim à Ramo venæ externæ, id est, humerali, qui summum humerum & scapulam perreptat, ac surculos deorsum in mammillas derivat. 2. Vel à Ramo venæ axillaris, qui in musculos pectori superstratos porrigitur.

A 3

3. Vel

3. vel à venis quæ à vena cava antequam thoracem elabatur in jugulo prodeunt, ac sub osse pectoris usq; ad mucronatam cartilaginem versus abdomen descendunt, ac per spatia media cartilaginum, quæ costas ossi pectoris uniunt, propagines manifestas unà cū arteriolis mammillis communicant.

6. Hosce ramos descendentes Fallopius lib. 3. c. 7. Laur. 7. 4. 9. Bauh. l. 1. c. 37. putant, prorsus uniri cum venis per abdominis musculos rectos ascendentibus eandem habentibus originem quam ille ramus, à quo vena ad uteri cervicem propagantur: ex hac coniunctione apertissimè cognoscimus Sympathiam sive consensum inter cervicem uteri & mammillas.

7. Vesalius verò aliud sentit, & de exortu & de vasorum unione. Enosci enim has venas ascendentes censet à vasis, quæ crus per inguina petunt, longè tamen à venarum uteri exortu. Præterea se nunquam observasse sic vasa illa ascendentia, & descendentia uniri, ut communia quædam & eadem vasa efficiantur. Propagines verò horum vasorum cutem ipsam adeuntes variè invicem uniri, & commisceri non negat.

8. Nervos habent mamille communes cum ijs qui subjacentibus musculis exporriguntur. Ex quinto autem costarum intervallo unus crassior nervus papillam adit, quæ ob id exactiori sensu prædita est, ac voluptate afficitur à blanda attrectatione & suctu infantis.

9. De arterijs dubitat Vesal. Afferunt Columb. Fall. Laurent. quam plurimas venas & arterias ad mammillas ferri.

10. Usus mamillarum est, ut lac gignant, pro nutritione recēs editi fœtus. Arist. 4. part. 10. Secundariò ut cordi ac membris spiritalibus sint propugnaculo ac reciproci quendam calorem eis attribuant. Nam cordis calor servit plurimum generationi lactis, ut Gal. 24. c. 2. de usu part. docet. Alium usum explicat Hipp. l. de glandulis in fine, Mamme inquit, excrementitiū humorē excipiunt, cuius testimonium præbent mulieres, quas morbus aut alia
cala-

calamitas mammis privavit. Nam & vox ipsarum aspera reddi-
tur, & humores in gulam feruntur & multo sputo vexantur, &
caput dolet, rationem addit: Lac enim, inquit, ab utero influens
cum propria vasa non inveniat, ad qua antea ferebatur, in princi-
pes partes incurrit Cor sc. & pulmones, sicq; suffocantur sicuti &
ego talem nobilem mulierem ita interire suffocatione vidi.

De Musculis thoracis.

Musculi thoracis duplices sunt. Vel enim costis incumbunt, eisq;
adnascuntur, vel ipsis intertextuntur, non tamen omnes, mo-
tus ipsius gratia adsunt; illi enim qui vel thoracem vel alias par-
tes movent sunt vel anteriori vel posteriori siti.

1. Anteriorum primus pectoralis (Vesal. Columbo
Pall. 1.) ab interiore & inferiore clavicula regione secundum ipsi-
us longitudinem, qua utring; recipit costam exoritur. Hic enim fi-
bras impensè obliquas, ac propemodum transversas obtinet, quæ à
claviculis antrosum procedentes supræ costis thoracis, & non-
nihil pectoris ossi implantantur. Morsus huius musculi est primas
costas sursum trahere, & thoracem dilatare.

Secundus est serratus minor.

Tertius serratus minor. De quibus infra agimus.


2. Musculorum qui anteriori parti insident decem sunt
1. Cucullaris. 2. Latissimus vel teres brachij musculi pars. 3.
Rhomboides. 4. Serratus posticus superior. 5. Serratus posticus in-
ferior. 6. Sacrospinatus 7. Longissimus musculus, quibusdam se-
misspinatus dictus, sed male. 8. Semispinatus. 9. Splenij pars in fe-
rior: de quibus musculis omnibus vide distat. de artubus.

3. Intercostales musculi Grecis μετωλεγοι dicuntur, quia
costarum intervalla opplent quorum 44. sunt. Cum enim costarum
intervalla utring; 11. sint, & in singulis spatijs musculi sint gemi-
ni, utring; 22. erunt, quorum alij externi, alij interni. Horum fibre

ab

ab externis partibus deorsum obliquè descendunt, ut Laurent. vult: Vesal. verò (Columb. Fall. & Archang. contrarium statuunt) ab internis contrario, modo juxta græcæ literæ χ figuram, exteriores secant. Hi muscoli thoracem exactè relaxant & adstringunt: at cum duplices sint exteriores & interiores illi expirationi, hi verò inspirationi inserviunt. Lege Columb. Fallop. Vesal. Bauhin. Laurent. & alios.

4. Subtercostales musculos quod attinet horum Laurent. tres numerat, duos nomine carere ait; tertium Diaphragma appellat.



Hæc Figura nonnul-
los musculos tho-
racis ostens
dit.

- 1. Musculi superco-
stales.
- B. Intercostales.
- C. C. Mediastinum.
- C. Pars carnosâ dia-
phragmatis.

CAT.

C A P. II.
De Diaphragmate.

Diaphragma est musculus subtercostalis distinguens ventrem medium ab infimo, respirationi & excretioni excrementorum per superiora & inferiora inserviens.

1. *Διάφραγμα* dicitur *διὰ τὸ διαφραγνῆεν* quod est distinguere. Veteres Philosophi & Poetæ *Φρένες* vocarunt *ὡς μετέχουσι πρὸς Φρονεῖν*, id est, quod prudentia sit particeps. Hipp. de sacro morbo *Φρένες* quidem appellat, non quod sapere existimarit, sed ob miram eius cum cerebro sympathiam, & quod eo inflammato statim consequatur delirium. Macrobio disseptum: Celso septum transversum nominatur. Quidam præcordia dixerunt ob cordis viciniam, quod ei prætendatur, ut Plinius.

2. Est autem diaphragma propriè musculus, quod motus eius voluntarius in respiratione & excrementorum per alvum depulsione testatur. Nam in extremo suo ambitu quo costis intus subnectitur, fibrae eius multa carne sunt obductæ; in medio autem versus centrum nerveum existit.

3. Venas recipit à vena cava trunco ascendente, sicut & arterias, quæ phrænicæ dicuntur: Nervi quoque duo utrinque à spinali medulla quarta sc. & quinta vertebra ad circulum nerveum chordarum instar feruntur.

4. Cæterum diaphragma duo foramina habet, unum præbet stomacho & magnæ arteriæ viam; alterum venæ cavae ad cor ascendenti. Tertium nonnulli recentiorum addiderunt. Sed Col. lib. 5. de musc. c. 21. contrarium statuit. Nam, inquit, ipsa arteriæ *ὀφθαλμὸν* transit corporibus vertebrarum adherens. Itaque septum dum vertebrae amplectitur, arteriam quoque amplectitur, non tamen propterea perforatur.

B

5. Condi

5. Conditū autē est diaphragma potissimum propter spirationem qua duplex, alia exspiratio, alia inspiratio, & utraq; aut naturalis aut violenta. Dū enim diaphragma versus centrū se colligit anteriore thoracis partē cui ut inferiori subnexū est, contrahit, posteriorem & superiorem ita dilatat, unde & pulmo simul, ne vacuum accidat, distenditur & aerem inspirando haurit. Dum verò à centro laxatur, thorax suo pondere coacidit, & compresso sic pulmone, aer iterum redditur; atq; hoc fit in ea respiratione, qua simplex est & naturalis, & nō ad violentā thoracis & abdominis referri debet.

Violentam verò quod attinet alio sese modo habet, de qua mox. Postea & alius motus diaphragmati inest, non tamen ita proprius & perpetuus ut prior quo nimirum intestinis opem fert in fecibus alvi deiciendis. Nam sphinctere anitægaugētūōis laxato diaphragma sese deprimit, retento spiritu vel aere qui alioquin emittendus erat & intestina è superiore loco constringit, quemadmodum muscoli abdominis ab anteriore, ut ita quod in horum cavitate collectum est expellatur.

Figura diaphragmatis, quod est limes, seu marca, ut loquamur cum Gallis, & confinium quoddam duorum ventrium Medij & imi.



- A. Corpus sive caput diaphragmatis.
 B. Finis diaphragmatis.
 C. Interior circulus sursum obtusus mucronatus, membraneam septi naturam, pars verò que eum foris undiq; ambit fibris striata carneam desinit.
 D. Foramen diaphragmatis sinistrum, stomacho viam præbens.
 F. Foramen diaphragmatis dextrum vena cava paratum.
 F. Pars carnosæ diaphragmatis.
 G. Sinus seu scissura diaphragmatis vertebrarum corporibus incumbens, vasq; transmittens.

H.H. Pro.

H. H. *Processus duo deorsum ad lumborum vertebrae deduci*

De Accidentibus Diaphragmatis.

1. *Situs Diaphragmati attributus est in ultimo thorace & summo abdomine, ita ut sursum scandendo huius sit finis, illius principium, transversim corpus nostrum dividens & secans.*
2. *Figura huius rotunda seu circularis est, non autem globosa, quia diaphragma habet quidem longitudinem & latitudinem circularem, non autem altitudinem circularem, sicuti & circularem non globosam superficiem habet.*
3. *Magnitudo tanta, quanta est imi ventris capacitas.*

CAP. III.

De Pleura.

Pleura est membrana thoracis cavitatem universam succingens.

πλευρα à costis quas πλεύρας vocant denominata, eò quod ijs subtendatur à Galeno 7. de ul. part. 21. 1. locis aff. 2. πλεύρων κώσ quod πλεύρας πλεύρων, id est, costas succingat.

Substantia huius peritonæi similis est, sed robore & crassitie nonnihil id superans.

Figura sua imitatur thoracis cavitatem, iisdemq; quibus diaphragma foraminibus pertusa est, etsi & alia foramina habet in jugulo & lateribus, vasis transeuntibus viam præbentia.

Oritur à ligamentis, quæ vertebrae thoracis connectunt, ac propterea peritonæum robore ac duritia superat, ut dictum.

Interdum in dextro aut sinistro latere fibras quasdam membranas de se promit, quibus pulmonem sibi valide annectit: præter hanc

tamen tunicam singulis costis ut ceteris etiam ossibus peculiare periosonium circumducitur, ut placet Anatomicis.

Nervis arterijs & venis abundat, atq; in perpetuo motu est, quia de causa inflammatio ei facile accidere potest, qui morbus pleuritis nominatur.

Usus pleurae est, omnibus in thorace contentis, ut & musculis intercostalibus communem membranam largiri, ea omnia investire (vasis vehiculum quoddam ac veluti stabilimentum largiendo) & colligare, ac pulmonibus propugnaculi vicem praebere.

Mediastinum quod attinet duplex membrana est, dextra & sinistra Gal. 6. us. part. 3. ὑπέρες Δε, & ἰσθμῶδες dicuntur; eò quod thoracis cavitationem quam pleura succurgit in duas partes dividant. Contiguae sunt haec membranae, ubi vertebrae in dorso committuntur, anteriore parte distant quanta est amplitudo & spatium aut ossis pectoris; atq; hac distantia sua, mediam cavitationem efficiunt, quae circa jugulum membrae membranae nexibus est impleta, paulò verò inferius continet cor cum suo involucro & venam cavam stomachumq; & circa diaphragma est amplissima. Vesalius figuram ἰσθμῶδους utriq; membranae tribuit, cuius minimum latus sit à jugulo ad cartilaginem ossis pectoris, maximum à jugulo ad undecimam thoracis vertebrae, medium à cartilagine ad eandem vertebrae undecimam. Excrescunt haec membranae de tunica succingente costas, id est, à pleura.

Usus harum membranarum est, ut veluti duo parietes cavitationem efficiant, in qua cor non tantum à compressione pulmonum liberum jaceat, sed capsula etiam sua his annatum fulciatur, ne retrò ac deorsum labi possit. Deinde ut Pulmonibus in duas partes divisus, quando una forte laesa aut pertusa est, altera tamen officium suum praestet, aerem cordi suppeditando. Accidentia harum membranarum sunt nota.

An Diaphragma fit causa

Risus?

Pli.


Plinius l. ii. cap. 37. Arist. lib. 7. de part. cap. 10. scribunt
 vulneratis in bello circa præcordia risum accidiſſe præter naturam;
 ſine dubio ob calorem diaphragmatis excitatum à plaga ſive vul-
 nere. Eſt enim titillatio Ariſtoteli nihil aliud quam riſus ex par-
 tis quæ ſubter alas eſt tractatione, qua percuſum cor calorem ad
 vicinum diaphragma transfundit. Quanquam & in alijs corpo-
 ris partibus titillatio accidit, ut in planis pedum & alijs, unde ta-
 men diaphragmatis concuſſio ita manifeſta non fit, neq; tam copio-
 ſa ſpiruum effuſio, ſed & antequam quidem, tangantur titillati-
 onis ſenſum ſibi percipere videntur, quoniam cor futuram moleſti-
 am propulſurum, ſpirum & calorem ad vicinas partes emittit, ut
 titillatio oriatur. Minus autem facile ſi ſeipſum quis titillat, quia
 contræctatio iſta cum propria ſit, ſenſum quodammodo effugit, & ad
 arbitrium quoq; intermitte potèſt. Riſus igitur qui vulneratis il-
 lis accidit neq; *ῥῆσις* planè fuit; de quo etſi tanquam de comperto
 pronunciat Plinius, Ariſtoteles nihil certò affirmat, hoc ſolum ad-
 dens, quod magis *ῥῆσις* ſibi id videatur, quam quod à quibus-
 dam traditum eſt, caput hominis de cervice præciſum locutum fu-
 iſſe, quod fieri poſſe diſertè negat. Eiuſmodi riſus præter naturam
 eſt Sardonius ab herba Sardo conciliatus, qua veſcentibus nervi
 contrahuntur, & os variè diducitur ut ridentium facie intereant.
 Alius verò eſt riſus *ῥῆσις*, iſq; ex cauſſa externa vel interna
 eſt. Ab externa cauſſa eſt, qui ex titillatione fit diaphragma cale-
 faciente, quando quis aliquem ex improviſo tangit; vel ab inter-
 na cauſſa riſus eſt, qui gaudium comitatur, quando nimirum cogi-
 tatio vel memoria rei jucundæ cor voluptate perfundit. Unde
 Plato ait, quod riſus ex voluptate cordis oriatur, quæ voluptas
 cum *ῥῆσις* quadam aut calefactio ſit Ariſtoteli, cor ſuaviter
 afficit, ut ſe dilatando ſpirum & calorem copioſiorem effundat, quo
 calefactum & titillatum quaſi diaphragma fibratur, ſimulq; mu-
 ſculi thoracis & faciei commoventur, ut diducto ore ſpirum emit-
 tatur. Itaq; riſus naturalis deſinitur quod ſit Vibratio diaphra-
 gmatidis

gmatis & musculorum thoracis atq; oris facta, conferta & plena caloris & spiritus è corde & pulmonibus effusione cum sono aut voce, ad significandum gaudium, quod ex re grata in corde existit.

Nec tamen risus fit gaudio, alioquin is brutis etiam inesset, sed ex gaudio cum admiratione quadam, quã novitatis species parit, coniuncta; quæ causa est quod fatui & pueri ad risum magis sunt proclives, quoniam ijs ob rerum imperitiam omnia nova & insolita esse videntur. Risus autem qui per iram fit, oris tantum affectus est, neq; diaphragmatis aut musculorum thoracis agitatione perficitur. Cæterum ut ad risus mentionem de lacrymis etiam aliquid addamus, τὸ δάκρυον Aristot. sect. 5. problem. est humor vel sudor quidam, quoniam ex eadem materia cum sudore & urina existit, quæ est serum de sanguine cerebrum nutriente secretum; unde & salsa gustu hæc tria deprehenduntur. Funduntur lacrymæ aliæ πικρὰ ὄρω ob vicium vel animi, ut in ijs qui desipientia & melancholia laborant, vel corporis, ut quibus cerebrum, aut oculi affectu aliquo per se aut per σπυγδαίον turbantur. Cuiusmodi sunt ophthalmia, inflammatio partium inferiorum, febris ardens, debilitas virtutis retentricis, & quælibet capitis repletio, ex violento vomitu, frequenti oscitatione, risu effuso & similibus. Aliæ lacrymæ rursus κατὰ ὄρω vel ab externa vel interna causa. Externa est aeris aut venti gravior occurfus, ictu quasi feriens oculos, calor colli quans, aut frigus exprimens humiditatem in cerebro; acrimonia fumi vel odoris, aut splendor solis laceffens, ictus oculi & illapsus rei molesta. Interna causa sunt mœstitia & lætitia, quoniam utraq; hæc animi perturbatio lacrymis interdum significatur. Accientur lacrymæ in mœstitia quando corde contracto, calor & spiritus eò revocantur, unde frigescente cerebro humiditates ibidem rectore destitutæ, vaporibusq; sursum exhalantibus auctæ diffluunt, & per poros lachrymales tandem ex oculis emanant. In lætitia verò quando dilatato corde, calor & spiritus subito

& magna copia ad cerebrum ascendunt, & humiditates ibi con-
 tentas furdunt, ut per oculos etiam exeant. Hinc fletum soni qui-
 dam, vertigo, & oculorum obtenebratio antecedunt ex humorum
 in cerebro agitatione. Et qui in mœstitia sunt, allevationem quan-
 dam sentiunt ex fletu, quoniam per lachrymas paulatim id educi-
 tur, quo gravantur. Ideo mulieres minus frequenter moriuntur
 aegritudine animi, quia dolorem suum soleant egerere per lacry-
 mas. Viri autem cohibent lacrymas, ideoq; fovent dolorem, quo ro-
 bur vitæ tandem extinguatur, corde arefacto & exusto, sicuti dici-
 tur. Augetur dolor retentione lacrymarum, minuitur verò harum
 egestionem. Qui autem in magno dolore animo obfirmate lacrymas
 vi reprimunt, ij sæpè in gravissimos apoplexiæ, aut paralytis mor-
 bos incidunt, cummulata & retenta in cerebro lacrymarum materia.
 Atq; hac ratione in pueris etiam repressus gravi tenore aut minis
 flatus materiam suppeditat epilepsiæ, &c. Est igitur fletus
 motus risui contrarius, qui vibratus potissimum oris
 musculus accidit, à perturbatione aliqua animi
 incitatus, cum sono aut eiulatu
 prodit.

Laus DEO.



Erhardus

Oppidum

Paulus D. O. J. J.

WITTE

Typo

WITTE



de ut aliud videtur. fuit enim regis de fronte
Præmissa ostendit quod videtur et gontibet. Reule
sive de fuit et ego p omni omnibus placet. ad
iudicis quod in velle est. f. qd' multus. et f. ad

iii. fuit Duplii m. d. c. m. m.

It. itantes mei est. fuit et ego xpi. Inuio
antez res futuz. qd' per. nra memorat. estis
et sicut bndidi vobis. p. nra. nra. tenetis.
Solo aut res. fuit. qd' omne. vni. caput. xpi.
est. caput. it. muliere. nra. caput. vobis. xpi. et
Doms. omne. a. i. p. l. et. nra. relato. a. p. nra.
Anuput. caput. fuit. Doms. at. mulier. omne. a.


It. tunc non videtur. caput. Anuput. caput. fuit.


Dnm. est. em. a. f. d. n. h. u. s. **Ram.** si. non
videtur. mulier. it. videtur. **f. i. v. s. f. u. p. i. d.**
mulier. a. mulier. a. mulier. a. mulier. a. mulier. a.

Alit. mulier. non. videtur. relato. caput. fuit. fuit.
magis. est. et. gl. m. i. v. **f. mulier. a. gl. m. i. v.**
vni. **f. z. om.** em. a. muliere. f. mulier. et.

vno. **f. t. n. i.** non. est. a. n. h. u. s. vni. p. nra. mulier.
f. mul. et. p. nra. vni. **f. i. v. s. f. u. p. i. d.**
l. n. m. i. b. u. l. e. a. f. u. r. m. a. n. t. p. nra. a. g. d. e. s. i. d.

l. n. m. i. b. u. l. e. a. f. u. r. m. a. n. t. p. nra. a. g. d. e. s. i. d.
l. n. m. i. b. u. l. e. a. f. u. r. m. a. n. t. p. nra. a. g. d. e. s. i. d.
l. n. m. i. b. u. l. e. a. f. u. r. m. a. n. t. p. nra. a. g. d. e. s. i. d.



Anatomicarum
 ATIO IX.
 De
US MEDII
 continentibus.
Quam
 P. M. A.
RÆSIDIO
NOBLOCHII,
 Fr.; Med. & Phil.D.
bergensium Academia
endam suscipiet
Bohemus
 ytanus Austr.
emb. horis & loco notis.
):(
 BERGAE,
 is per Iohan. Gorman.
 15 15 CVII.

